

- frui cupiunt bonis Reipublicæ;
9. ita in ecclesiasticâ, qui ecclesiæ bonis atque commodis, tanquam ci-
ves & membra ejus frui cupiunt.
10. Obsiciuntur 2. etiam opera pro-
movenda aut castiganda; imprimis
delicta.
11. Quæ civiliter quidem castiganda
sunt, quando & societatem natura-
lem manifestè turbant: & conscientia
cogentis *prætextum* probabilem nul-
lum habent:
12. Ecclesiasticè verò, quæcumque le-
dunt conscientiam, aut errantem
decipiunt;
13. etiam si à magistratu quandoque
toleranda, & ad divinioris disciplinæ
medicinam remittenda veniant.
14. Instrumenta sunt i. *verba*, quibus
præceptio, comminatio, promissio,
non in genere tantùm proponitur,
sed & singulis pro qualitate factorum
in individuo applicatur.